

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Epigrammata

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)



EPIGRAMMATA.

I.

NÆ, TRAUTMANNE, tuus cunctis, quis
sacra medulla,
Verborum cordi est, NUCLEUS hicce,
sapit.
Gratius haud poteras epulum instruxisse ju-
venta,
Et senibus; quorum singula puncta
refers,

f.

M. HEINRICUS Baumann/
Fac. Phil. Witteb. Adjunct.

II.

IN LIBELLI HUIUS
TITULUM.

ECce nuces frangis, *Præco TRAUTMANNE*
Jehova!
Enucleas brevibus dum sacra dicta notis:
Dum rhytmis sacris canis Evangelmata sacra,
Et Nucleum promis, qui nucis instar alie:

Non

*Non tibi cum pueris, nucibus qui ludere suecunt,
Res est; sed casfas lingua, amice, nuces.
Eruis è dictis Nucleum, quem dente carentes
At pueri atq; senes frangere mente que-*
unt,

*Non etenim dentis, sed sanae mentis acumen,
Dictorum sensus sic aperire potest.
Corticè difficili fractu conclusa medulla,
Non sapuit; sed nunc enucleata sapit.
Et dentem & mentem frangentis seruet Jësus!
Et faciat multis proffit, ut hic NUCLEUS!*

Honoris & amoris ergo

f.

M. ERNESTUS Döhnel
Ecclesiae Iltenburgensis
Archidiaconus.

III.

IN COGNOMEN

Reverendi, Clarissimi nec non Doctissimi

DN. M. SAMUELIS TRAUTMANNI,

V I R I verè **FIDELIS.**

Dicitur in sacris summa cum laude **FIDELIS**
Præco DEI SAMUEL, nomen & omen
habens.

Et

Et sic, ô SAMUEL! verè TRAUTMANNUS,
es ipse,
E nucleando piè dogmata Evangelicæ,
Aures inde tuas penetrabit dictio talis,
Quando dabit magnos buccina magna
sonos:

*Quum mihi tu FIDUS donis, ô serve! fuisti,
In DOMINI intro eas gaudia celsa tui!*

M. DAVID Neef /
Pastor in Perisich.

IV.

Nunc post insomnes, Frater dilecte! labores
Subjicitur prelis ALTERA PARS NUCLEI,
Gratulator bos sacros ausus, venerorq; Jehovah
Ingenii ut dotes augeat ipse tui,
Et Te Nestoreos salvum conservet in annos,
Tandemq; aternâ prosperitate beet!

Hoc pium votum

*fraternâ mente manuq;
adjiciebat.*

CHRISTOPHORUS Trautmann /
Ecclesiæ Reinstadiensis Pastor.

V. ODE

V. O D E
ENCOMIUM POSTERIORIS PARTIS
NUCLEI EVANGELICI EXHIBENS

JAM SACRUM NUCLEUM è cortice protrahis
TRAUTMANNE, ô Sophies eximium decus,
Et hos Eusebjes! dum sacra dogmata

Tradis Christiadum gregi;
Dum monstras teneris mentibus arduum
Virtutis stadium, dum prece fervida
Implorare jubes auxilium DEI,

Qui terram regit & polum.
Est dictum lepidi per breve. Comici:
Qui vult esse nuxes è nucleo nucem
Frangat: delitias quicupit entheos

TRAUTMANNI Nucleum petat.
Sic pergas Nucleum è cortice promere,
Et nodos gladiò solvere Spiritus
Quos Calvinisequum & Prasulis Ausoni.
Construxit manus improba:

Et quamvis labor hic sordeat impiis,
Et Mosai rabidi spicula sentiat,
Et mundi jaceat tota benignitas,
Et terris Charis exulet.

In caelis Tibi, *Vir optime!* splendoras
Nectit laureolas Angelicus Chorus
In terris tua laus permanet, in polo

JESUS PRÆMIA CONFERET.

*Ita Dn. Adsim, alteram partem Nuclei Evangelici
in lucem præsferenti, animitus gratulatur*

HEINRICUS APPUNIUS,
Scholæ Orlamundanz ad Salam. Rect.

I CALVINE procul, qui Christum sanguine Solis
Electis cœlum promeruisse putas.

Quiq; DEO causam peccati adscribere tentas,
Qui tamen est omnis causa suprema boni.

Qui fati Stoici per versum dogma propagas,
Quod multos subitum ducit ad interitum.

I SOCINEI procul! qui Christum æquicis ateo
De Patris solio, quiq; DEUM esse negas.

Qui Christi carceras meritum, qui siagra, necemq;
Pro nobis Christum sustinuisse negas.

Qui statuis Christum non intercedere verè
Pro nobis, iras nec cohibere Patris.

I ROMANE procul; qui magni somnia Papa
Scriptura dictis æquiparare soles.

Qui propriis meritis tentas ascendere cœlum,
Qui negitas Solam justificare fidem.

Qui rabidum Misæ monstrum, caudamq; Draconis
Antiqui totò pectore & ore colis.

I procul ARMINI! qui mices infima summis,
Dogmata qui quævis suscipienda putas.

Tu meliora doces, Genitor dilectè! juventa
Ducens ad fontes vivificantis aquæ.

Decreti horribilis tu noxia spicula frangis
Nosq; fidem solam justificare doces.

Tu dextrè enucleas sacrosancta oracula JOVÆ
Adferis & sanctum religionis opus.

A. J. J.

*Affligas mentes tu solum ducis ad Agnum,
Qui mundi immundi crimina quæq; tulit.
Hinc tuus arridet Nucleus lectoribus æqvīs
Eusebicus vera quos pia cura tenet.
Ingenii, Geniūq; tui pia munera porro
Depromas: sic Te secula futura canent.*

VII.

*Est labor Hercules doctos conscribere libros,
Qui bene suscipitur, non perit ille labor.
Non perit ille labor, qui Christi quærit honorem,
Qui licet Eusebicus, non perit ille labor.:
Tu dilecte Parens! scriptis prodesse juvante
Discipulis, hinc Domino perplacet ille labor.
Sic pergas servire DEO, servire juvente,
In cælis labor hic premia larga feret.*

VIII.

MAGISTER SAMUEL TRAUTMANNUS,
ECCLESIE THALVVICENSIS PASTOR.

αγαπηταρνως.

*Ecce ille multas oves pascit, & saturat
Manna. Munus geris aris.*

ENUCLEATIO.

*Q*uæ te pastorem jactas Romane tyranne?
Quum sis impudor, qui mala mille patrat.
Qui sacros fontes turbat, qui pabula Verbi
Inscit, & miseris ense trucidat obes.
Surge, tuas faudes & noxia dogmata linque,
E celo Eusebicus scandit, & ore canit.
ECCE ILLE est Pastor Verbi prædisite MANNA,
Qui SATURAT MULTAS ET bene PASCIT OVES.
Hoc Patet! observas, dum sacris MUNUS in ARIS
Proq; arismagnâ sedulitate GERIS.

Amoris calamo scrib. Filius
CHRISTIANUS TRAUTMANN,
S. Sanctæ Theol. Stud.